

Disputatio philosophica, cui materia est, alle fysis seu altera natura, qva...

Tolpo, Simon Johannis,



National Library
of Sweden

JESU COELITUS ADSPIRANTE!
DISPUTATIO PHILOSOPHICA,

Cui materia est,

Α Λ Λ Η Σ Ε Ψ Ι Σ
SEU

ALTERA NATURA,

Quam

Consensu & Approbatione Ampliss. FAC. PHILOS.
In Regia Patriæ Acad. Aboënsi,

PRÆSIDE,

Amplissimo ac Pl. Rever. Domino,

M. SIMONE LÆPES/

Philosoph: Primæ ac Log. Profess. Ordin. Pasto-
re Pickenium meritissimo, Patrono & Amitino
plurimum honorando.

Publico Bonorum examini

Pro Gradu & Privilegiis Magisterii ritè consequendis,
Reverenter obtuli

S. R. M. *Alumnus*

PETRUS M. MILTOPÆUS, Ab:

Hora locoqve assveto,

Anno à Jubilæo nostro Quarto,

die 4 Decembris.

Impr. apud JOHAN: WALLIUM, Reg. Univ. Typogr.

Caes Alanus.
N^o 190



PROPITIO MECUM ALTISSIMO,
THESIS I.



uspicatur mihi, heic consuetudinis
aperire indolem, eandemq; ritè lite-
rato orbi communicaturo incumbit,
genuinam ejusdem demonstrare o-
riginem, quam & eo lubentius ag-
gredior, quo arctius amore legum
teneor Philosophicarum, jubentium
prius vocem luculenter describere,
quam ad rei intimius examen quis descendit. Italiâ ira-
que & Româ ex Latii ruderibus condita, *a.* vigiliis & lu-
cubrationibus qui redivit, hanc vocem à verbo consvesce-
re derivatam novit, quæ scilicet: Consuetudo Svecis *Maana* vel
Seed/ Teutonis *die Gewohnheit*/ Finnonibus *Tapa*
audit. Sed cum à fine cietur agens ad agendum, ut ju-
lius loquitur Scaliger *b.* Ideo illis vocem relinquo nu-
dam, ulterius examinandam, qui crisin curant, & cor-
tici adhærentes medullam haud attingunt: Ego rem ipsam
adibo, illam ut ut curis obrutus, & brevitati studens,
solam intendens.

A

TH.

a. Joh. Hübn: kurb: Frag: aus neu und alt. Geograph
pag: 390. *b.* Elect: scal: p. m. 101.

THES. II.

Consuetudinem, quæ si bona est, aliquando idem valet ac jus non scriptum, alteram naturam rei literariæ decus nominavit Erasmus *d.* & quidem ab effectu ac similitudine, cujus fundamentum qualitas est, Natura ut rerum omnium est inceptor, ars director, usus exercitatio vel consuetudo perfectior, dicente B parente celeberr. Prof. Miltopæo, ita & multis gaudet significationibus, clave ostendente Philosoph: *f.* quarum 5. hæc mea est, quæ significat Principium rei naturalis internum, & Actuum productorum, tam perfectivorum, quam destructivorum illorum crebris Actibus, horum uno, quandoque habitum gignente, ut insigne loquitur germaniæ Lumen, nunc inter sanctos D. Doct: Abr: Calovius *g.*

THES. III.

Porrò, Synonymicè Consuetudo vocatur usus, exercitatio, mos, & uno verbo, dicente incomparabili, prius nomin: Scaligero, Nihil aliud quam habitus est, quæ omnia ad definitionem spectant nominalem.

THES. IV.

Realis, hæc est definitio: Consuetudo est habitus, crebris actibus suppositum bonum, & uno actu malum reddens.

THES. V.

Pro stabiliendo Definitionis genere, quod rei declarat essentiam, non multum sudabo, cum bonitas & malitia divisionem consuetudinis faciunt: jam pergo tria illa solitaria media, quæ habitum pariunt, adducendo: *Φύσις*
μᾶ-

a Walt: Gn; p. m. 82. d. In chiliad: part: prolim: instit: orat: & oper: posthum: Quest: Rhet: 10. f. Hæk: p. 505. g. part: spec:

μάθησιν Ἐσθησιν i. e. naturam; institutionem, ac ussi; sed cum bonum malo prævaleat, itaque consuetudo bona, operæ pretium est, ut & eadem primum obtineat locum. Ostendit thes: superior, eam fore, habitum, qui ex actionibus crebris, aut ex paucis bene validis creatur, quod etiam extra omnis dubii aleam est. Nam ut thes: 2. fateatur naturam inceptorem esse, ita & hæc eandem omnium rerum naturalium principium, quod semper id quod optimum est appetit atque intendit, scilicet in uno quoque genere l. quæ & institutionis mater, usus ac consuetudinis magistra dicenda, cujus tanta est vis, ut non facile cum adhæserit extirpari possit, cum quasi in naturam abeat; *Eadem enim vis Ἐ natura quæ parentum semini inest, in natos diffunditur ac transfatur,* dicit ille celebris Lev: Lemnius m. Hinc quam Parentum consuetudinem filii, Parentes Avorum, Avi Proavorum, Proavi Atavorum, acciperunt, retinent, sed bonam majori cum difficultate quam malam. Nam sicut virtus proprium hominis bonum est, n. ita etiam difficilius vitio comparatur, quod spontè conascitur, sed quænam hujus rei causa subsit quod mala quam bona consuetudo comparatu facilior sit? quærenti respondeo, approbante tota Philosophorum corona, & sententiâ nixus Apostoli dicentis: οὐ γὰρ, ὁ θεὸς, ποιεῖ ἀγαθὸν ἀλλ, ὁ ἐθέλω κακὸν, τὸ πλεονεξέω ο. per tritum illud.

Nititur in vitium semper cupimusque negata.

Quo reluctancia & voluntatis rigor à parte nostri declaratur, à parte vero objecti, difficultas, nulla enim per naturam nobis conascitur virtus, vel consuetudo bona, sine assuetudine, cujus propria sedes in animo, vel circa corpus, quæq;

A 2

l. Scal: in Ele: p. 317. m. de occult: nature Miraculis p. m. 19. incon: Barc: Ic: an: 110. o. Rom: 7. 19.

organicè saltem per idem exercetur, ut fusius pro modu-
 lo ingenii, hoc ostendi in diatriba: de *αὐταρχία* morali p. Ma-
 net itaqve quod consuetudo, imprimis bona, tum demum
 molesta esse desinit, *cum consuetudine tractatur multa*, ut Sta-
 girita Philosophorum Primas fatur q. & Cicero: *Consue-
 tudo laborum perpeffionem & dolorum, efficit faciliorem r.* unde
 Regula communis nata est Philosophorum: *Quæ gravia
 sunt consuetudine, tandem pro nihilo habentur.*

THES. VI.

*Suppositi vocabulum Thes: definitiva v. ideò adhibui, quia
 idem amplius Personæ vocabulo notum, ad vulgare
 hoc philosoph: Omnis persona est suppositum, sed non con-
 vertibiliter, præterea quod Actiones sunt suppositorum quis
 inficietur?*

THES: VII.

Superius Thes: 5. Bona delineata consuetudine, nunc
 mala expendenda venit, ad cujus fundamentum utut Thes:
 eadem, *φύσιν, μάθρον & ἀσκησιν* subftrerno, modus tamen est
 dispar: Nam si ad dictum Scaligeri ibid: citatum, Natura o-
 primum agit ac intendit, quo respectu (quis instare posset)
 ergò ad malam concurrat consuetudinem sustentandam? ut
 omnis heic apparens removeatur contradictio, breviter sci-
 endum, ut magnus ille, maximi Aristotelis loquitur discipu-
 lus Theophrastus *s. Quod nature munus nullum aliud est, præ-
 ter quàm esse, esse vero aliquid, & esse bonum, & esse unum, & esse totum,
 idem est re ip'a,* ulterius, etiam per gradus agens est natura
 r. quorum respectu eadem instar cautæ mali, falsò habetur,
 quæ nunquam cursu ordinario saltum facit, & sine sui

p. 6. q 10. Nicom: r. Lib: 2. Tuscul: s. de caus: plant:
 t. Scal: exere. 60.

mutatione mutatur in consuetudinem, per officia, functiones, & effectus. Adhuc per gradus naturæ competentes, alias intelligo causas, ut Astra quæ regunt hominem, licet regat Astra DEUS. Lac maternum, Inclinationem, Educationem, cum pravorum consortio. In cæteris vero animalibus alias, respectu nostri occultas, revera tamen & in se qualitates veras, quæ facile in illis consuetudinem malam, & analogice bonam operantur, demonstrante hoc Historia illa in Acerra Philolog: de duobus canibus, quorum unus in sylva, alter in culina educatus, sine itaq; causa non dixit Lev: Lemnius quod immanes ac feroces belluæ consuetudine convictuq;ve hominum mansuescunt, ac circulantur u. Quibus tamen non excludo illas causas, quæ nobis indies constant, ipsisq;ve competunt.

THES: VIII.

Hæc exemplis quæ illustrant, rei q;ve fidem adferunt, si paucis ostendo clariora, crambem bis coctam neutiquam appono. ASTRA quod attinet, illa per influentias operari non sunt neganda, quod multæ testantur Astronomorum prævisiones, licet cælestia corpora non necessitant, sed inclinent terrestria.

LAC foemininum, quid efficiat ac conferat ad vitiositatem & pravitatem infantum, præter historias multas ipse testatur, Sperlingius. Unde pejores æstimantur ipsis bestiis matres, quæ sine Sonticis causis, Nutricibus vitiosis, foetus suos concredunt enutriendos, quod piæ pudicæ, probæ, haud audent matronæ: consule Med: Doctoris Nobil: Joh: von Hoorn's Jordegumma x.

COMPLEXIO quid faciat, notum est, ad quam, quis in-

A 3
u. de occ: nat: mir: p: 526. x. p. 282. Edit: Holmiæ hoc anno, 1697.

ficias ibit? multorum formari mores, hinc vulg: *Natura sequitur semina quisque sua.* Eadem enim corpus & animum quam pulcherrima reddere potest dicente Plat: *y.*

Quod INCLINATIO naturalis, nec minimam, ad consuetudinem habeat vim sequens ostendit Trit:

Tu nihil invita dices faciesve Minerva.

Itaque consuetudo quæ legem habet reclamantem, corruptela est, non consuetudo, unde.

----- *nec imbellem feroces*

Progenerant Aquila columbam z.

EDUCATIO nec res est vili pendenda, quæ indies si mala, multum vitiositatis adfert, quo Nobilis: ille respexit in Thesauro Paterno ita dicens: *gewohne dir alle tage etwas böses ab/ den die gewohnheit folgt der natur/ diese aber bringt zu Letzt einen bösen gebrauch* a Hic jam qualis in-victa sit educationis virtus, ad consuetudinem tam bonam, quam malam gignendam, Præsens ostendet Historia:

Quidam puer Anno M. D. XLVIII In partibus, sive sylva quadam Hassie forte fortuna captus est. Hic sicut postea ex circumstantiis aliis cognitum fuit, & ipse deinceps retulit, trium Annorum Puellus à lupis raptus, & mirabiliter educatus fuit. Nam quamcunque prædam lupi pro cibo rapuerant, semper meliorem partem sumentes, & arborem circumjacentes ipsi vorandam tribuebant: Tempore vero hyemis & frigoris foveam facientes, arborum folia aliasque herbas puero imponentes, & se circumponentes, sic eum à rigore defendebant, ipsum etiam manibus pedibus repere cogebant & tamdiu secum currere, quoad ex: usu, eorum velocitatem imitaretur, & saltus maximos faceret. Idem aliquot annis post in sylva captus, & lignis circumligatus, &

y. Lib. 7. de leg: z. Hor: od: 4. lib: 4. a Rom: ad

Reichz Erbskencf und semper frey.

ad humanam similitudinem vicissim erectus, atque incedere ius-
sus, quoniam & in curiam Henrici Landgravi Hassie, pro spectaculo
deductus, saepe dixisse fertur, se potius cum lupis, quam homini-
bus conversari velle. *β.*

CONSORTIUM nunc addam pravorum, quod quam
noxium Ecclesie declarabit dictum *γ.* ipsa cum experien-
tia quæ plurimum observationum comprehensio est. Recte itaque
Lemn: dicit: *Improborum commercia, ut pestem fugito; Su-
muntur enim à conversatione mores. atque ut contagiones in cor-
pus, Ita vitia verbis, in animum transfiliunt, mentemque conta-
minant.* *δ.* De Qualitatibus occultis, ad consuetudinem mul-
tum facientibus tam bonam quam malam, ut non videar
alienis me miscere negotiis, cum & singularem describen-
di laborem requirant, heic tacere quam fari præstat, hoc
tamen fateri de re est, illas non frustra conditas, etsi no-
bis ignotas, in se tamen reveras habentes causas, quas ad
illos relinquo examinandas quos

De meliore Luto finxit præcordia Titan,

Maxima enim illorum quæ scimus, sunt minima eorum,
quæ ignoramus. *Scientia enim sola circa universalia versatur, di-
cente Philosopho ε. lib: Eth:*

THESES IX.

Sic rationibus ostensis iisque ut puto, solidis, consuetu-
dinem alteram quasi naturam esse, existere, ac operari,
nunc mearum esse volui partium, ejus scilicet malæ con-
suetudinis ostendere effecta, quæ sic eadem exponit spiri-
tus DEI hunc in modum: *Kan auch ein Mohr sein Haut
wandelen / oder eine Barder seine Flecken? so können ihr auch
gutes thun / weil ihr des bösen gewohnet seid Jer: 13.* Circa
quæ diu mihi aqua hæsit quæ eadem ostendendo incede-
rem

*β. Lamb: Schafnaburg: in lib : de reb: gest: German: γ. prov: 22.
v. 6. d. p. 526. lib. de mir. Nic. ε. c, 9.*

rem via? tandem revocans mihi in memoriam agendo-
rum omittendorumque syllabum, Decalogum illum ut
ducem sequendum arbitratus sum. Imprimis proh! quam
multis & retrò seculis consuetudine in valuit, Atheismus,
quo mortales somnò sopiti sunt alto.

----- Ut lapsu graviori ruant,

Quoque nihil in hac miseriam valle pejus. Unde
juramentorum innumerus numerus; per DEUM, cœ-
lum, terram, sanctam civitatem, ac alias res prohibitas.
Hic DEI; erandi Mos, non aliunde quam prava consuetu-
dine fluxit, quare haud gratis, Thomas dixit Scholasti-
cus, consuetudini vis & natura legis adscribitur. Hac &
eâdem tempus DEO sacrandum, omittitur perversâ asive-
factione. Deinde quis non vidit has ex consuetudine Lacry-
mas, quorum mole Parentes, Magistratus, ac Præceptores
gravantur, quo & quadrant icones Pictorum: quibus *Da-
ta est fingendi potestas*, ostendentium Pignora Parentes
verberare, subque simulachro Vulpis, Leonem suspen-
dentis, Actiones perversas, horum & titulus est: perversus
His quid nisi impia addambella? injusta consuetu-
dinaria. Cum homicidiis moraliter perpetratis ab iis
qui haud curant: quod

Tandem tacitis pœna venit pedibus.

Lupanaria ac stupra consuetudine, usuque recepto, adeo
introducenda sunt, ut libris & Schematibus, quo instituantur
modo, describere non verentur:

Sic alitur Vitium, pravum vivitque tegendo.

Sine necessitate qui furantur, ut non excusandi, ita
nec illi, qui pressa fame, proh! ac recepta consuetudine
hoc agunt.

----- Tempore caro.

1 Die verkerte Welt,

Qvi-

Quibus non opus est mendicitatem fingere ut Theologus Reg: hujus Acad. Pl: Rever: And. Wanochius eruditè loquitur α . Quid præterea communius, iniquo testimonio, ac illa injusta abalienatione (ne dicam furto) quâ Proximi Domus, & possessio, per fas, & nefas, quæritur, & primum commodo accepta, deinde retinentur ad similitudinem, canis tugurium petentis mutuo, in quâ fuerum deponeret redditura dum firmiores catulos posset ducere, hoc vero facto reddere negabat. Vid-Phædr. Nec deest peccatis sodomiticis λ . consuetudo mala, quâ Aliorum uxores indomiti furantur, quod furtū laqueo supra omnes fures puniendum Legisterium dicitur Svecanum: Swar som bondens hustru låckar frå honom och löper med henne bort/ warder han tår med fångin/ tå skall han tingföras och dömas och ophångas öfwer andra tiufwa μ . Huc referendus non immerito quidam Polygamix Antesignanus, qui ante annos non ita multos tractatum vom Chstande/ Holmiæ evulgavit, adducens in fine dictum Augustini dicentis: *Cum consuetudo esset plures ducere uxores, peccatum non erat.* Sed quoniam eodem, fumum vendidit, itaque & is tract. Holmiæ fumo periit.

THES. X.

Nunc superest ut malam aversemur consuetudinem, Verum cum nobis constet non esse penes hominem viam ipsius, nec penes virum dirigere gressum suum ν . Piis itaque precibus opus est, ut ad nutum summi Numinis \omicron . bonæ insvelcamus consuetudini ac virtutem amemus; quæ

----- Sibimet pulcherrima merces.

B

quâ

α Disq. Pract. part. Spec. p. 755. λ Baldwin. Comm. in Propb. Min. p. m. 1009. μ Tiuf. B. P. c. 1. ν Jer. 10v 23. \omicron . Ps. 143. 10.

quã bonã consuetudine & indole qui pollent; raræ inter mortales gemmæ sunt, scientes gangrænam rescindere. Lectorem de cetero, Benevolum obtestor, ut me jam haud vacuum curarum, recto suo iudicio juvare, laboremque meum candido calculo, dignetur, mihi que tam parce in rotunda materia agenti, favere. De cetero, dicente Eloquentiæ Principe: *carere is debet omni vitio qui in alterum paratus est dicere.*

GLORIA SS. TRIADI ÆTERNA!!!

CONSECTARIA.

Plus est in specie quam in genere.

Bdellion non arbor, nec lapis, sed margarita est.

Veteres pyxidis Nauticæ ignari, ad cursum navigarunt Astrorum.

Linea constat punctis, ut suis partibus.

Thracum Numeratio, ad num: quinarium, non iudicio, sed consuetudini, ipsorum adscribenda est.

